MEDIZINISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 2. Drittel 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35514
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



causon eueniat neq; salute significat
nec timore q; no sunt cu eo accidentia
q sunt salutem uel mortem pronunciantia
Sz tn si mala consequntur accidentia mole
stu Si uero bona bonum significat Quod si appa
reat in fine morbi in die stilicet critico
et cum laudabili purgatione sequitur febris
q; mitigabitur salutiferum erit iudicium
q; significat naturam esse confortatam et ex
pellere feces morbi ab interioribus uasis
extra Primum rigor in fine morbi cum aliquo
coctionis signo ueniens in futuro sudorem
prouocat Et si in initio morbi ueniat
prius q; morbus incipiat digeri molestum
nuntiabit maxime si non sit in die critico
Dalam quod est quia ubi sanguis de
naribus currit in acuta febre non est rigor
et ubi rigor non est sanguinis fluxus
per nares Et si aliquando fuerit malum
pronunciabis significabit enim colam
q est materia febris in interioribus uenarum
et arteriarum et exterioribus et toti corpori
dominari Et si permaneat et faciat
inter polacionem erit pessimus duobus
modis q; cum ueniet aut erit cum
uirtute uel cum defectione si sit cum
uirtute et patiens fuerit fortis illaudabilis
erit q; usus est nature ut post rigorem
faciat purgationem purgatione uero
facta et rigore non cessante diuturnitas
morbi significat q; ostendit materiam mor
bi esse grossam et duram addi
gerendum Unde non sumus securi
quin uirtus patientis deficiat prius
q; morbus digeratur quia nequit pati
seuitiam acuum et diuturnitatem morbi
et assiduum motum rigoris Quod
si eger ab initio morbi fuerit defectus
est pessimus duobus modis uno q;

si solutio rigorem sequatur necesse est uirtus
fiat debilior pati cum non ualens Si autem
nulla eum sequatur purgatio ostendit uirtutem
esse defectissimam q; non potest malos expellere
humores qui sunt cum rigore etc

Accidentia autem procul dubio timore
ostendentia sunt hec defectio uirtutis
et eius inertia morbum pati nequit uel
corruptio spiritus et appetitus pulsus absconsio
angustia timor suspectio alienatio gutte
sanguis per nares manantis non in die critico
frigidi sudores et sudor non in toto corpore
rigor inuicem morbi et yctericia si autem
vii diem appareat frigiditas exterioris
corporis et maxime in extremitatibus subita
sitis ablatio sine causa manifesta nec in die
critico repentina suffocatio sine gule apostemate
inuoluntarie lacrime et sine ulla oculorum
passione paucitas et ingrediuntur albedo
et uiriditas egestionis suique uiscositas et
unctuositas et eius frustratim diuisio
quasi furfures Cum corruptio spiritus malum
pronunciat q; significat uirtutem infirmi esse
defectam et morbi pessimitatem iiii modis
Corruptio enim spiritus aut facit pulsum magnum
et uelocem aut magnum et tardum aut
paruum et uelocem aut paruum et tardum
Magnus et uelox pulsus significat apostema esse
in cerebro aut in diafragmate Differentia inter
utrumque hec est q; apostema cerebri sequitur alienatio
mentis et rubor oculorum foras eminentium
apostema quod est in diafragmate habet angustiam
spiritus et pectoris siccitatem etc

Magnus uero et tardus pulsus alienationem
mentis significat Quia patiens propter mor
bi disturbationem tenet flatum deinde subito
eum emittit sicut faciunt illi qui grauem dor
miunt somnum et subito excitantur pulsus
uero qui paruus est et uelox significat extraneum

Accidentia sine dubio timorosa et causone

Corruptio spiritus et anhelitus